



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XXIII. De altero examine particulari, quo vitiosi habitus euelluntur, virtutes vero inseruntur: quod Negotiatio spiritualis appellatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

CAP. XXIII.

De altero examine particulari, quo
habitus euelluntur, virtutes vero in-
runtur: quod *Negotiatio spiritualis*
appellatur.

4. Reg 13.

128. **E**liseus egrotabat infirmitate, qua & mor-
est: descenditque ad eum Ioas Rex Israel, &
bat coram eo, dicebatque: Pater mi, pater
rus Israel & auriga eius. Et ait illi Eliseus:
arcum & sagittas, Cumque attulisset ad eum
cum & sagittas, dixit ad Regem Israel: Pone
tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum
superpo- uit Eliseus manus suas manibus Regis,
ait: Aperi fenestram orientalem. Cumque aper-
dixit Eliseus: Iace sagittam. Et iecit. Et ait
seus: Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis
tra Syriam: percutiesque Syriam in Aphaec, &
consumas eam. Et ait: Tolle sagittas. Qui cum
lisset, rursus dixit ei: Percute iaculo terram.
cum percussisset tribus vicibus, & steterit, in-
est vir Dei contra eum, & ait: Si percussisses qua-
quies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam
ad consumptionem: nunc autem tribus vicibus per-
ties eam. Eliseus, Dei salutem vel saluantem De-
significans, **I E S V M** Christum in cruce fixum,
generis humani salutem operantem, designat
in eam enim cum ascendisset, non descendit
uiuus, nec voluit. Ioas, ignem Domini
signi-

nificans, alias diffidentem ac desperantem, *Examini*
 signat PERFECTIONIS amantem, qui *generalis*
 quo, optimus Seruator noster Christus in *figura.*
 ce tostus fuit, accensus, de viribus suis diffi-
 ns, Dominum suum sequi gestit; offerensque
 ppius beneplacito, aliud non dicit, quam, Pa-
 mi, puer mi, currus Israel & auriga eius. At
 onus Dominus, qui desideria nostra intuetur,
 dat amplius quam petimus, suadet quod ma-
 me nobis vtile est, quamuis labore non careat
 Israel, quod illud vt inimicitias immortales contra Sy-
 am, prouinciam Deo rebellem, peccatum, in-
 nam eiusque fautores concipiamus, eique bel-
 um aeternum indicamus: arma etiam præscri-
 : Pone nempe arcum & sagittas. In arcu tria sunt
 extrema nempe cornua duo, & funis exten-
 s. Illa facultates seu potentix humanæ sunt
 ne concurrere debent ad sagittæ contortio-
 nem: intellectus nimirum & voluntas huma-
 ne, quæ in vno vinculo gratiæ diuinæ colligatæ,
 agitas bonorum operum in aduersariorum
 corda intorquent. has acutas potentesq; esse te-
 ator Psalt. Regius, sagitta, ait, tuæ acuta (populi sub *Psal. 44.*
 cadent) in corda inimicorum Regis. Hæ sagitta sa-
 uis Domini, & sagitta salutis contra Syriam, mun-
 dum utique, eiusque alumnos. ad hoc enim
 stituitur examen generale, vt mundum, dia-
 olum, peccataque omnia conficiamus: fe-
 stram namque aperimus, dum conscien-
 am discutimus, illicque arma sumimus pœ-
 tentiæ per sanctum propositum ad transfo-
 enda corda inimicorum Regis, peccata om-
 Ddd 5 nia

omnia destruenda, peccatorumque occasiones
conuellendas. & ne quis loas desperabundus ab-
biciat animum, Elifeus in iaculationibus ma-
nus supponit manibus nostris. Ipse est qui ho-
na opera nostra operatur, & certamen no-
dat acre, vt vincat in nobis; equum & ascensorem
deiciat in mare. Hæc optime seruiunt examini
generali.

Exod. 15.

*Examini
particula-
ris figura.*

129. Sed quid est, quod mandat sumi sagittarum
nullo expresso numero; loas veto, contra
tribus, tertio tantum terram percussit? Examini
id est particulare; seu trium temporum: primo
timus namque terram, cum terrena omnia
perfectiones nostras, defectus, ac peccata
stamus; sagittæque optimæ sunt detestatio
catorum, inuocatio auxilii diuini, pœnitentia
rum ac pœnarum vsurpatio. his quoque
struimus in nobis terrenos affectus, desideria
transeuntium honorum: carnem nostram
quam è terra haurimus, pudicitia telum
mus; iudicia propria, & opiniones, seculi
ius rationibus subnixas, sancto obedientiam
culo confodimus. Ter tantum percussit
terram, & stetit. poterat sapius, non fecit
mens fuit vt sapius percuteret, vsque septem
est, sine certo numero: quod constat ex ma-
to sagittarum, quarum numerum non de-
uit: & ex indignatione quam præ se tulit.
Ioas cessauit à terræ percussione. Magna
latet mysterium. Multa sese fecisse quidam
trantur, si tertio ad se redeant spatio viginti-
tuor horarum, etsi valde effusi & confusi

in negotiis agendis; abunde satisfacisse ra-
 si in peccata letalia non ceciderint, si quid
 minus non admiserint, si bellum aliquod vitis
 alixerint: ceterum, quod superest diei, summa
 incuria traducunt, Dei sui que p̄ne imme-
 ores.

Verum dicet aliquis: Quid mirum? In exa-
 mine illo trium temporum nihil aliud exigit,
 nisi vt tertio ad me redeam: id ego p̄sto; cur
 ergo reprehendor? Absit vt reprehendam,
 quem laudare debeam, tam salutaribus p̄ce-
 ptis parentem: nihil enim initio conuersionis
 magis hominem iuuat, & à peccatorum salebris
 efficacius extrahit, quam illa trium temporum
 obseruatio. Id à Spiritu sancto est: & ideo su-
 peruicio ac veneror & doctrinam, & auctorem;
 quem extremis hisce temporibus diuina proui-
 dentia mortalibus pereuntibus iuuandis exci-
 tant. Sed memor esto, examen illud in limine
 primumque incipientibus proponi; non P E R-
 FECTIONIS studiosis, quibus solidos cibos refer-
 rat, & postmodum copiosissime porrigit. Non
 ergo tam reprehendo, quam denuntio Eliseum
 tibi irasci, quod sagittas sæpius non iacias: ideo-
 que tibi esse statuendum, sicut examen genera-
 le non complectebatur partes omnes quæ desi-
 derari possint, ita & in hoc aliquid requiri: &
 quidem id vnum, quod sæpius in aduersarios
 impetum non facias, Alterum quoque deest
 unic examini, quod de virtutum acquisitione
 nulla fiat mentio, quæ tamen pars potissima est
 in P E R F E C T I O N I S adeptione. Adde multos

*In exami-
 ne particu-
 lari aliqua
 desiderari.*

1.

2.

eo

eo progressos in virtutum curriculo, ut exigua materiam peccatorum inueniant; naturalesque ea defectus potius esse censeantur, quam que mereantur peccati nomen. Illi cum naturam furca expelli nequaquam posse viderint, tanto affecti, deserunt examinis huius studium, vnde generali, ut decet, vtuntur. Accedit, quod si quis (verbi gratia) hac septimana statuat vanæ gloriæ telum retorquere, vix pretium quodpiam curæ sit, præsertim proposito constanti stabilitate aut si occasio nulla occurrat: atque ita vix quamquam in examinis particularis exercitatione incurret: spiritualisque tiro & vesper se lecto destitutum inueniet, & susceptum exercitium

4. in posterum non resumet. Denique nihil totius diei decursum occupationis præscribitur, quo Ioas igne Domini succensus virtutes cogitat, supellectilem copiosam comparat, ornamenta cumulet, sanctamque auaritiam extirpat.

Similia.

1. manibus tractat: exultat miles, cum hostem percutit;
2. fligato spolia diuidit; lætatur agricola, cum fructus in horreum inuehit: & Dei operarius sperit gaudet se fatigatum quidem, sed locum tatum esse cælestibus nummis: & strenuus Christi miles sibi gratulatur, in feros hostes superasse, & spolia reportasse: denique bonus Dominici cultor in sinu lætatur, dum multos in horreum Domini inuectos videt, & in animum suum virtutum semina cumulat recepisse in centuplum.

130. Ideo ergo irascitur Elifeus, & exprobrat nobis

bis quod tertantum iaciamus, cum nec de-
lagittæ, nec ex parte Dei auxilium: nihilque
cellius sit, quam vt qui sagittam manu tenet,
erram percutiat: laraque sit illa, vt non desit lo-
is iaciendi: (hostes nempe innumeri sunt, quos
am percusseris, timebunt & verebuntur te;
am quietos reliqueris, aut etiam aliquid in-
alferis, crudelius persequentur te) vult nam-
que Eliseus noster, Syriam omnem, omnes eius
mitates sternamus: non remaneat lapis scele-
tæ ac nefariæ prouinciæ super lapidem, qui
non destruat: cadat vitæ superbia, ruat pecu-
tæ cupiditas: omnia vanitatis, voluptatis, cupē-
iarum, epularumque delectamenta conculcē-
ar. Id profecto tribus ictibus non conse-
ueris. Optime Claudiamus:

Lib. 2. in
Entropium
init.

*Vlcera possessis alte suffusa medullis
Non leuiore manu ferro sanantur & igni,
Vi liceat reliquis securum viuere membris.*

Quoties ergo vibrari telum, terramque percu-
per diem oportebit? Respondet Eliseus: si
percuisses (inquit) quinquies, aut sexies, siue septies,
percuisses Syriam vsque ad consumptionem. Eua-
tes dominus tui, dominus mundi, regni dæmo-
num euerfor: tibi, (quod magnum est) addo &
toci orbi imperasses. Quia vero tantum ter per-
cussisti, ter percuties Syriam, præmium repor-
abis trium operum: quoties nempe illud exer-
titiij genus subieris, qui enim formulam exami-
nis particularis seruat accurate, haud dubie finē
suum, quem intendit, assequitur aliquatenus:
nec

Victoria
perfecta de
hostibus
spiritali-
bus in quo
consistat.
1.

nec sine præmio Dominus liberalissimus quidquam fieri permittit ad honorem suum, quod profusissime non remuneret. Quis tamen Spiritum tantum percutit ter, non evertit, non trahit, non tollit eius tyrannidem, non euellit dicitus, victor de ea non triumphat.

In vita eius.

2.

Aliter Beatus Antonius, de quo scribit Athanasius. Is enim in primis cum mundi fuga in solitudinem exclusisset à se, & rem familiarem pauperibus distribuisset; hisce solutus impedimentis, cæleste vitæ genus in terris constituit: (magna sane victoriæ pars) sed non in periculosum illud certamen descendere fidei præsidium, quo erat armatus, adhibendum sibi putauit subsidium reliquarum virtutum; quarum tanto studio incensus fuerat, quemcumque videret aliqua virtutis laudatorem, illum imitari studeret. Nihil tutur eo continentius, nihil vigilantius erant, scientia, mansuetudine, misericordia, humilitate, labore ac studio diuinarum Scripturarum perabat omnes. Cum talis tantusque Deum euasisset Antonius, sanctissimum iuuenentis humani generis variis tentationibus agitur: quas ille ieiunio & oratione vincebat quotidie ad Christianam PERFECTI-
 „ proficiens, dæmones (quorum tanto
 „ res erant impetus, quanto ad resistendum
 „ tior euadebat) ita contempfit, vt illis
 „ brarer imbecillitatem: ac sæpe discipulos
 „ excitas ad pugnam contra diabolum, docuit
 „ quibus armis vinceretur, *Mihi credite*, dicitur

res : pertimescit satanas piorum vigilias , ora-
 res, ieiunia, voluntariam paupertatem, misericor-
 dia, & humilitatem, maxime vero ardentem in
 Christum Dominum caritatem, cuius vnico sanctissi-
 mo crucis signo debilitatus aufugit. O generosum
 athletam, cui non satis fuit vincere, sed ho-
 stes persecutus est, donec comprehenderet &
 opprimeret, præclaro nobis proposito exem-
 plo. En tela, en sagittæ, quibus terra percutitur,
 hostis perimitur ac sternitur.

Idem fecerat Dauid, bellator insignis; ita e-
 nim primum statuit: *Persequar inimicos meos, &*
comprehendam illos: & non conuertar, donec de-
cedant. Confringam illos, nec poterunt stare: cadent
subtus pedes meos. Comminuam eos vt puluerem an-
te faciem venti, vt lutum platearum delebo eos. Sed
Dauid? iacies sagittas, si Eliseus manus tuis
supponat? Nequam. Præcinxisti me, ait, virtute
bellum. Quod vero secutum est videamus
prelium, ac victoriam. Supplantasti, ait, in-
uentes in me subtus me, & inimicos meos dedisti
mihi dorsum, & odientes me disperdidisti. Interea
propas me de contradictionibus populi, constitues me
in caput gentium. Hic sagittas nullas iacere per-
timescit Dauid: nulli hostium pepercit; con-
uersus non est retrorsum, donec omnes cade-
rent, contractique nullatenus possent exurgere,
gravius nocituri.

Quid est enim quod te angit, moleste-
 que persequitur, à quo maxime timere debeas?
 ab hoste nempe deuicto, quem non è medio
 sustuleris, quemq; nõ com minueris vt puluerẽ
 ante

3.
Psal. 17.

4.

*Iosue alle-
goria.*

ante faciem venti. Mandauerat Dominus Iosue, ut populos omnes terræ promissionis deleteret funditus: quibus si parceret, eosdem fore ipsi Iudæis in laqueum, in scandalum, in ruinam. Pepercerunt tamen multis. Heu crudelis benignitas, cum parcis alteri qui tibi iugulum percutit, qui perpetuo insidietur, qui in caput tuum iurauit! Ideo miseri Iudæi vix immunes à bello remanserunt: iidemque, quibus vitam donauerant, interitum attulerunt: auerterunt enim corda ipsorum à vero Deo, & ad sua idola traxerunt: ideoque perdidit ingratos Dominus, fueruntque capientes qui eos ceperant: quos deleuissent, hanc plagam adeo immanem non fuissent.

Expugnaturus cælorum regnum, eiusque gloria, ac virtutis palatium, monet, hortatur, testatur Deus, si pace frui velimus, hostes omnes funditus deleamus. At quis valeat? hi sunt, magni, & potentes. Quid tum? Deus adsuppeditat: is certat pro nobis. *Non in gladio nostro præsumimus possidere terram, & brachium nostrum non saluabit nos: sed dextera tua, Domine, brachium tuum, & illuminatio vultus tui. Non in gladio nostro speramus, & gladius noster non saluabit nos. Tu es ipse Rex noster, & Deus noster, qui mandasti in te inimicos nostros ventilabimus coram te. Non in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Sed ego imbellis populus, & fugax, qui audito solo gigantum nomine despondebat animus, adeo vastam prouinciam subiugauit: si ad eum diuina nempe virtute pugnantium, vocatus*

Psal. 43.

Num. 13.

ciuitatum muri corruerunt; quid ni virtus
 Iesu, Domini nostri, qui mortem, mun-
 dum, peccatum, & satanam deuicit, confringet
 aduersarios nostros, subtus nos corruentes, si
 nos præbeamus?

Pugnandum igitur est, iaciendæ sagittæ,
 aduersarij; at quot ictibus, vt commi-
 tentur? Certe multi sunt, vt dixi, & duri: at-
 que ubi tot dæmones, tot prauis affectus, tot in-
 habitus perniciosi, sæpius tundendum est.
 Pertinax, & ni pellatur vi, iussus abibit
 nunquam. Opus ergo est alio examine, quod
 aduersariis pellendis & euellendis. Sed ne confu-
 sine tot examinum (quod nomen nonnullis o-
 culum est, ac tetricum) obruamur, rationem
 ornandi ditandique internum hominem
 Negotiationem spirituales vocabimus: cuius
 prima pars est examen hoc tertium, de quo po-
 te dicturi sumus,

CAP. XXIV.

*De causis Negotiationis spiritualis, &
 primum quidem de materia eius
 subiecta.*

Mirum forte cuiquam videbitur, si *Negotiatio*
 quisquem dixerit, nobis manda- *spiritualis*
 esse à Deo Negotiationem spirituales: ve- *ex sacris*
 in hisce dubiis ad sacrarum litterarum præ- *litteris præ-*
 tium velut ad sacram ancoram confugiendum *batur.*

E e e est: